

vt post dicit. Nō ergo omnino talis est anima qualis a deo ē creata. Sic quis pollutas habens manus nō tale habuit pomū quale ego dedi mūdis manib⁹. Ego enī dedi mūdum.

¶ An anime ex creatione sint equales in donis naturalibus.

Illud quoq; nō incongrue q̄ris solet. Utrū omnes aīe ex creatione equales sint an alie alijs excellentiores? Plurib⁹ nō irrationabiliter videt q; ex ipsa creatōe alie alijs excellāt in naturalibus donis vt in essentia alia alijs sit subtilior et ad intelligendū memorandūq; abiliōr vt pote acutiōri ingenio et p̄cipitati intellectū p̄dicatō. Nō nō improbabiliter dicitur: cū in angel ita fuisse p̄ter. Et licet naturalib⁹ donis alie p̄c alijs polleāt et tñ aīe bap̄tismū a corpe discedentes parē penā et post bap̄tismū statim eq̄ lem coronā sortiuntur q; ingenij acumen vel tarditas premiū vel penam in futuro non collocat.

Ista est distinctio xxxij huius secundi libri. In qua magister post q; agit de peccati originalis dicitate et traductione agit de eius remissione. Et tria facit. Nam primo ostendit quomodo peccatum per bap̄tismū remittitur. Secundo qualiter a deo causat. Tertio qualiter ad voluntatē comparat. Prīmū vsq; ibi. P̄terea queri solet. Secundū vsq; ibi. Illud etiam nō. Tertū vero vsq; ad finem distinctionis. In specialī sentētia magistri fiat in tribus p̄positionib⁹. quarū prima ē hec. **¶ Quis in bap̄tismo remaneat cōcupiscētia gratia exercitijs vt pena eius.** tñ potestas libidinīs p̄ gratiam christi minuit ne regnet vt culpa. Hanc magister p̄bens querit duas quēstiones quarū prima est. **¶ Quomodo peccati originale per bap̄tismū remittatur cū concupiscētia remaneat i bap̄tismo etiam et post bap̄tismū.** Et respondens dicit q; hoc est ideo quia post bap̄tismū concupiscētia minuitur eo q; regnare et dominari prohibetur. et reatus p̄ gratiam bap̄tismi tollitur. Unde sicut peccata actualia et similia vt homicidium et similia transeunt actu et remanent reatu. sic e contra est de peccato originali quod in bap̄tismo transit quantū ad reatum. sed manet actu inquantū concupiscētia manet. **¶ Secunda quēstio est.** Utrū caro purgetur in bap̄tismo a feditate sua quā libidinosa concupiscētia traxit. Et respōdet q; s̄m aliquos non solū anima. sed etiam caro a sua feditate in bap̄tismo purgat. eo q; aliqua vt dicit ad illam purgationē ordinant. s̄m alios vero solum purgatur feditas anime: et nō carnis. et que istaz opinio nūm verior sit magister non determinat. sed p̄cedit i quēstione. **¶ Secunda p̄positio est hec.** Pene qualiter punit post bap̄tismū peccator deus ipse ē p̄ncipalis conditor et impator. Hanc magister probans q̄rit duas quēstiones quarū prima est hec. **¶ Utrum originale concupiscētie deus sit causa.** Et respondens dicit sic. Nam concupiscētia illa que post bap̄tismū est et pena et culpa. Inquantū ergo est pena est a deo auctore tanq; iuste inflata. Inquantū autem culpa est. sic a diabolo est et a primo hoīe peccate. Secunda quēstio est. **¶ Quare peccatum originale imputatur anime.**

que tamen eius contractionem vitare non potest. Et respondet q; hoc non fit ideo quia anima cōdelectatē carni infecte cui ea infundit. Quis tamen hoc quidam dixerunt. s; puenit ex peccato primi parentis. Cui⁹ anima peccatrix efficit carnem corruptibilem et peccatricem. quia si esset ex delectatione anime quādo carni vntur seu infundit. tunc non esset originale peccatum. sed magis actuale. **¶ Tertia p̄positio est hec.** Quis originale peccatum sit malum necessarium eo tamen q; a prima hominis voluntate peruenisse tenetur dicit voluntariū. Hanc magister et probans querit quattuor quēstiones. Prima est. Utrū peccatū originale sit voluntariū vel necessarium. Et respondens dicit q; sit necessarium. eo q; vitari nō potest. Etā est voluntariū. eo q; a voluntate primi hoīs p̄cessit. **¶ Secunda quēstio est.** Quare deus animam carni infundit: per quam p̄ficiūt eā ē maculandā. Et respondet q; hoc ideo fecit vt saluetur p̄pagationis humane i futuro. Et dicit q; hoc remittendū est diuino iudicio: et altritudini. **¶ Tertia quēstio est.** Utrū anima duz corpori infunditur sit talis qualis a deo creatur. Et respōdet q; non sit omnino talis. quia a deo creatur munda. sed ex coniunctione ad carnem maculam contrahit. **¶ Quarta quēstio est.** Utrum omnes anime sint simpliciter equales a deo create. Et respōdet q; non. quia in equalia naturalia receperunt i ipsarum creatione. sicut et angeli. quod magister probat diuersorum sanctorum autoritatibus. Et tantum in specialī.

¶ An peccata omnium p̄cedentium patrum puu originaliter trahāt vt peccatū adē.

Redictis ad **P**rocedendum videtur an peccata p̄cedentium patrum ad paruulos transeant sicut illud primi hominis delictū in omnes carnaliter genitos diximus redundasse. si parentū transeunt in paruulos. vtrū omnium qui fuerūt ab Adā vsq; ad ipsos an aliquoz et non omnium?

¶ Quid sup hoc Aug⁹ in enchiridion dicitur.

De hoc Aug⁹ in enchiridion ambigue differit. videtur enim ap̄ probare peccata parentū p̄cedentium imputari paruulis non omnium tamen qui fuerunt ab Adā. ne importabili et nimia sarcina in pena eterna grauentur paruuli. s; tantum eorū parentū qui eos a quarta generatione p̄cesserunt. Quod confirmat illis v̄bis quibus in Exod. domin⁹ ait. Ego sum deus visitans iniquitates patrum vsq; in tertiaz et quartā generationē. quasi peccata parentum proximorū tantū paruulis imputētur et non alia. quod est per moderationē diuine miseracionis.

¶ Eorum ponit documenta qui dicit trāsire in puulos parentū delicta.

DI. XXXIII III